



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Telephonum: József 858.

## Hostis maximus.

Supra castra pugnantium pestis nefaria pennas atras extendit et venenatas<sup>1</sup> sagittas<sup>1</sup> demittit in acies dimicantes, quae catervatim<sup>2</sup> cadunt. Recrudescunt<sup>3</sup> expeditionum<sup>4</sup> veterum vulnera, iterantur<sup>5</sup> res gestae clade tristissimā. Semina<sup>6</sup> morborum ex Asia proficiscuntur. Secum trahunt ea rudes filii Asiae, qui claram pro patria mortem appetituri funestā peste necantur. In vestigiis<sup>7</sup> castrorum homines mortui et vulnerati, cadavera animalium, vultures<sup>8</sup> volantes, fracta arma cernuntur. E<sup>9</sup> vetere<sup>9</sup> memoria<sup>9</sup> maximus exercituum proeliantium hostis est pestilentia, quam debellare<sup>10</sup> difficillimum est.

Cuius hostis cohors quamvis rara, nonnunquam etiam populos eruditos invadit, eo maiore vi saevit in incultos. Ab eruditis vincitur, frangitur, radicitus<sup>11</sup>

deletur, in bello magis magisque, longo longiusque serpit<sup>12</sup>...

Circum castra Turcica millena mortuorum iacent, iuxta eos membris convulsis<sup>13</sup> vulnerati. Manus supplices tendunt aquae hauritum<sup>14</sup> vel frustum<sup>15</sup> panis rogantes; sed nemo est, qui ea porrigat, nemo, qui miseris succurrat. Desunt medici, desunt instituti<sup>16</sup> nosocomi.<sup>17</sup> Pestilentia laborantes in tuguria<sup>18</sup> portantur, ubi auxilio egentes mortem miserriam obeunt.



Quae cum ita sint, summa admiratione digna est actio<sup>19</sup> illa salutaris<sup>19</sup> medicorum sociorumque Crucis Rubrae. Qui sine ulla spe emolumenti,<sup>20</sup> nihil nisi salutem hominum, pro patria sanguinem

1 mérgezett nyíl 2 csapatostul 3 felujul 4 hadjárat 5 ismétél 6 csira 7 a nyom 8 keselyü 9 ösidök óta 10 leküzd 11 gyökerestül 12 terjed 13 vonagló 14 korthy 15 darab 16 tanult 17 betegápoló 18 barakk 19 üdvös működés 20 előny



profudentium spectantes, in loca pugnae properant opem laturo.

Quot vulneribus mortiferis medetur, quot animos afflictos erigit, quot milites sauciatos<sup>21</sup> sanat crux illa, quae rubro colore pingitur! Ante hos quinquaginta annos a homine beneficentissimo, Henrico Dunant Genavae, in Helvetia condita est, ut terrores belli cruentos imminueret.

In pictura videmus feminam, summo loco ortam cum aliis feminis et viris, qui milites vulneratos curant.

<sup>21</sup> megsebesült.

### Non auro stat...

Carmen Britannicum *It doesn't cost money.*

Latine reddidit *Guilelmus Lehmann* (Vratislaviensis).

*Non auro stat<sup>1</sup> — ut plures opinantur<sup>2</sup> —  
Iucundē terrae bonis perfrui;*

*Quae summē iuvant, nemini non dantur,  
Qui novit, quanti sint haec pretii.*

*Dulcissimis nos modis<sup>3</sup> mulcent<sup>4</sup> aves,  
Agresti flore nil est pulchrius,  
E fonte potus profluunt persuaves —  
Id omne patet vivis omnibus.*



### Fur<sup>1</sup> iocosus.


In iudicii vestibulo apparet homo quidam litteras manu tenens. Servum ibi morantem litteris traditis precabatur, ut eas subito ad iudicem perferret, quia maturato<sup>2</sup> opus<sup>2</sup> esset.<sup>2</sup> Servus nimirum<sup>3</sup> hoc suspectum non habet ac desiderio mature satisfacit.

Litteras instantes<sup>4</sup> iudex accipit, in quibus scriptum legebatur: «Nescio an succedat». Iudex litteras versat<sup>5</sup> et ipsas litteras et involucrum<sup>6</sup> ex omnibus partibus diligenter inspicit, neque tamen aliam scriptionem invenire potest. Nescit, quid velit, et caput

*Non emit aurum, non ars tales pingit,  
Natura quales piis, impiis  
Imagines ubique semper fingit,  
Quid sibi commodo sit, consciis.<sup>5</sup>*

*Amicis uti firmis, ob amorem  
Amatis, certis fide candidā —  
Quaecumque vitam reddunt sanioem,  
Haec fruituro<sup>6</sup> patent omnia.*

<sup>1</sup> kerül <sup>2</sup> gondol <sup>3</sup> dallam <sup>4</sup> «gyönyörködtet»  
<sup>5</sup> azoknak, akik tudatában vannak... <sup>6</sup> annak, aki él velük.



**LECTARIUS MINIMIS.**

### Excursio.<sup>1</sup>

Et audiebatur cantus galli per totam aream<sup>2</sup> iterumque audiebatur voce etiam clariore cantus galli.

— Num quid parat? dicebant gallinae et terram radere<sup>3</sup> desierunt.<sup>4</sup> Aliquot curiosae<sup>5</sup>

<sup>1</sup> kirándulás <sup>2</sup> udvar <sup>3</sup> kapar <sup>4</sup> desino felhagy  
<sup>5</sup> kíváncsi

quassans<sup>7</sup> alloquitur servum: Voca intro istum hominem!

Servus exit in vestibulum sed tunc iam evolavit tabellarius<sup>8</sup> et simul iudicis pretiosa pellis.<sup>9</sup> Loco pellis schedula tantum fuit his verbis: «Tamen successit!»

R. Kucsera (Fogaras).

### Homo cautus.

(Ad narrationem I. P. Hebel.)

Hospes quidam in oppidulo Wiltisbach pagi<sup>1</sup> Bernensis aliquando pernoctans cum cubitum iturus esset et vestem praeter tunica<sup>2</sup> interiorem<sup>2</sup> exuisset, duas soleas<sup>3</sup> ex risco<sup>4</sup> extractas sibi induxit et loris<sup>5</sup> ad pe-

<sup>1</sup> tolvaj <sup>2</sup> sietős a dolog <sup>3</sup> természetesen <sup>4</sup> sürgős  
<sup>5</sup> forgat <sup>6</sup> boríték <sup>7</sup> ráz <sup>8</sup> a levél hozója <sup>9</sup> prémes kabát.

<sup>1</sup> kantón <sup>2</sup> ing <sup>3</sup> saru <sup>4</sup> láda <sup>5</sup> szij



accurrebant, deinde ceteris signa<sup>6</sup> dabant.<sup>6</sup> Postquam omnes gallinae gallum circumsteterunt, dominus areae eas circum omnia animalia dimisit, quae<sup>7</sup> ad excursionem invitarent.

Equi nondum expectati<sup>8</sup> erant, qua re pulli<sup>9</sup> gallinae<sup>9</sup> valde gaudebant, quia timebant magnitudinem equorum.

Sues<sup>10</sup> risu grunniebant,<sup>11</sup> cum legatos ante suile<sup>12</sup> viderent.

— Excursionem? Nos excurramus? Qui excurrere vult, prius lavari<sup>13</sup> debet. Nos non lavamur. Et ridentes in luto<sup>14</sup> volitabantur.<sup>15</sup> Gallinae penitus<sup>16</sup> offensae<sup>17</sup> discedentes de suis incultis<sup>18</sup> multum questi<sup>19</sup> sunt.

Aliae gallinae ad canem ierunt. Qui iam senior erat, itaque voce paterna respondit: Itote, vos parvuli, ego iam senex sum, praeterea<sup>20</sup> aream custodire debeo. Bene ambulate...<sup>21</sup>

Anseres<sup>22</sup> et anates<sup>23</sup> legationem amicissime exceperunt et magno cum gaudio adnuebant.<sup>24</sup>

Feles<sup>25</sup> in horto apricabatur<sup>26</sup> cum catulis,<sup>27</sup> qui circum matrem ludebant. Et gallinae ad horti saepem<sup>28</sup> apparebant. In hortum ire non licebat, quia humum<sup>29</sup> pedibus radebant<sup>3</sup> et — puëris malis similes — pomia avellebant.<sup>30</sup> Feles benigne audivit invitationem et:

des alligavit; quo facto decubuit. Tum alter viator, qui in eodem cubiculo pernoctabat, eum interrogavit:

— Qua de causa, care amice, id fecisti? Cui ille respondit:

— Feci cautione<sup>6</sup> adhibita.<sup>6</sup> Aliquando enim per somnum in testis<sup>7</sup> vasis<sup>7</sup> vitrei<sup>7</sup> pedem ponere visus sum. Qua re in somno adeo laboravi, ut iam nullo modo pedibus nudis dormire velim. *H. Simchen* (Graetium).

## De equo et asino.

Rusticus quidam cum equo suo, onere<sup>1</sup> carente<sup>1</sup> et cum asino graviter onerato olim in viam se dedit. Asinus sub onere defessus orare coepit equum, ut sibi auxilio esset onera ferenti. Equus omni modo recusavit.<sup>2</sup> Asinus tandem concidit, et rusticus cum onera, quae asinus portaverat, tum pellem<sup>3</sup>

— Gratias ago — inquit — pro vestra humanitate, qua me invitastis. Cum quinque liberis adero. Et gallinae cultum<sup>31</sup> felis valde laudabant, quia tam pulchre locuta est.

Repente<sup>32</sup> apparebant in area vertragi,<sup>33</sup> quos gallus ipse invitavit. Et illi promiserunt.

Columbas frustra<sup>34</sup> invitabant. Avia<sup>35</sup> enim earum diem natalem celebrabat, itaque tota familia columbarum domi mansit.

Tertiā horā post meridiem excursuri sub vetere arbore areae aderant omnes. Ultima venit feles.

— Ignoscite<sup>36</sup> mihi, domini et dominae, inquit, quod sero<sup>37</sup> veni, sed dum quinque parvulos lavo et pecto,<sup>38</sup> perit tempus. At gallus urbanus<sup>39</sup> alta voce laudem catulorum cecinit.

Societas viae se dedit. Ex area, per agros in pratam<sup>40</sup> ierunt, ubi in umbra<sup>41</sup> arboris

<sup>6</sup> integet <sup>7</sup> hogy azokat <sup>8</sup> *expergiscor* felébred  
<sup>9</sup> csirke <sup>10</sup> *sus* disznó <sup>11</sup> rőfög <sup>12</sup> disznóól <sup>13</sup> mosakodik  
<sup>14</sup> sár <sup>15</sup> hempereg <sup>16</sup> mélységesen <sup>17</sup> megbántva  
<sup>18</sup> műveletlen <sup>19</sup> panaszkodik <sup>20</sup> azonkívül  
<sup>21</sup> sétál, utazik <sup>22</sup> lúd <sup>23</sup> kacsá <sup>24</sup> hozzájárul  
<sup>25</sup> macska <sup>26</sup> sütkérezik <sup>27</sup> kölyök <sup>28</sup> *saepes* kerítés  
<sup>29</sup> föld <sup>30</sup> lép <sup>31</sup> műveltség <sup>32</sup> hirtelen <sup>33</sup> agár  
<sup>34</sup> hiába <sup>35</sup> nagyanya <sup>36</sup> meghocsát <sup>37</sup> későn <sup>38</sup> fésül  
<sup>39</sup> udvarias <sup>40</sup> rét <sup>41</sup> árnyék

asini tergo equi imposuit. Quibus defatigatus oneribus equus: «Heu! — inquit — nunc quidem meritam poenam<sup>4</sup> luo!<sup>4</sup> Nam, qui auxilio esse asino recusavi, praeter onera<sup>4</sup> ab illo portata nunc pellem quoque illius ferre cogor». *I. László* (Szabadka).

## Servus niger.

Homo quidam servum Aethiopem<sup>1</sup> emit. Priorem dominum in servo lavando negligentem fuisse ratus hunc omni modo lavabat, ut albus fieret. Sed efficere quod voluit, non poterat; immo servus frequentibus frictionibus<sup>2</sup> aegrotus factus est.

Haec fabula docet naturam mutari non posse.

*G. Láng.*

<sup>6</sup> elővigyázat <sup>7</sup> üvegesérép.

<sup>1</sup> tehermentes <sup>2</sup> ellenkezik <sup>3</sup> bőr <sup>4</sup> bűnhődik.  
<sup>1</sup> szerezsen <sup>2</sup> dörzsölés.



altae constiterunt. Tum cibi promebantur,<sup>43</sup> quos hilare<sup>43</sup> cenabant.

Interea ludis se delectabant, sed in certamine<sup>44</sup> cursūs<sup>44</sup> vertragi cetera animalia vicerunt. Feles mater, quae cum liberis ludebat, ridens spectavit currentes anseres et anates.

Denique dies se<sup>45</sup> inclinabat,<sup>45</sup> aër frigescere<sup>46</sup> coepit. Matres convocabant catulos et pullos, ut domum redirent. Ordines<sup>47</sup> constituebantur<sup>47</sup> et totum agmen<sup>48</sup> hilare domum revertit...

Cacillatus<sup>49</sup> gallinarum, gingritus<sup>50</sup> anserum vocesque ceterorum animalium usque ad multam noctem audiebantur. Si non tacent, etiam nunc clamant.

<sup>42</sup> elővesz <sup>43</sup> vidáman <sup>44</sup> futóverseny <sup>45</sup> alkonyul  
<sup>46</sup> hül <sup>47</sup> rendekbe sorakozik <sup>48</sup> csapat <sup>49</sup> kotkodácsolás <sup>50</sup> gágogás.



Ex quo ars volandi maius incrementum<sup>1</sup> cepit, abhinc quattuor annos, aëronautae circiter ducenti perierunt. Cuius rei rationem<sup>2</sup> iniens<sup>2</sup> Renard Gallus centesimas<sup>3</sup> quadragenas quaternas aëronautarum ipsorum culpā periisse confirmavit. Centesimae tricenae binae machinamentorum vitiis, duodenae tempestatibus adversis, duodenae denique causis incertis tribuuntur.

Aëronautarum quarta pars (25%) naturae<sup>4</sup> habitu<sup>4</sup> carebant, quinta (20%) autem ob exercitationes imperfectas naufragium fecerunt.

E quibus rebus Renard collegit<sup>5</sup> maximam partem calamitatum machinamentis correctis atque aëronautarum vitiis oppressis evitari posse. Hoc et inde demonstratur, quod ultimis certaminibus<sup>6</sup> militum<sup>6</sup> ludicris,<sup>6</sup> ubi sexaginta navigia aëria volitabant, eaque tempestate adversa, nihil incommodi acciderit.

In campo Rákosiano, prope Budapestinum est palaestra aëronautarum cum aëroplanorum receptaculis.<sup>7</sup> Ante nonnullos dies

in receptaculis XIII. et XIV. incendium ortum est, quo duorum aëronautarum machinae debebantur. Praeterea etiam receptacula ipsa flammaram victima facta sunt. Incendium incuriā administri<sup>8</sup> lignarii<sup>8</sup> excitatum est, qui in laborando lampadem subvertisse videtur.

<sup>1</sup> lendület <sup>2</sup> számítást végez <sup>3</sup> százalék <sup>4</sup> természeti alkalmasság <sup>5</sup> következtet <sup>6</sup> hadgyakorlat <sup>7</sup> hangár <sup>8</sup> asztalossegéd.

## Gallus. I.

Scriptis G. A. Becker, in Latinum convertit —il.

Vigilia<sup>1</sup> tertia inclinatur.<sup>2</sup> Atra nox incubat Urbi. Silentium altissimum tantum a vigilibus,<sup>3</sup> urbem circumeuntibus interdum rumpitur. Luna decrescens, maligna<sup>4</sup> luce colustrat templa Capitolii. Tepidus<sup>5</sup> aër plenus est suavitate odorum ex hertis undique afflatorum.

Sub nocte silenti ex domo magnificentissima subitus crepitus<sup>6</sup> cardinum<sup>7</sup> auditur. Ianitor<sup>8</sup> fores aperit. In ostio duo marmorea cernuntur candelabra,<sup>9</sup> in quibus aliquot candelae ardent.

In ostio apparet libertus cum vicario,<sup>10</sup> domini familiarissimo, quem alloquitur:

— Ubi in multam noctem moratur, Leonida? Quod quidem praeter<sup>11</sup> morem eius est. Nunquam abibat sine comitatu, cur hodie pedisequum<sup>12</sup> domi reliquit et cur nos ignorare voluit, quo iturus esset?


— Morosus<sup>13</sup> domum reliquit, respondit vicarius. Interroganti Lydo, ubi eum expectaret, sibi hodie comitatu non esse opus respondit. Soleatus<sup>14</sup> tantum et synthesi<sup>14</sup> amictus ad Sacram Viam tetendit. Paulo ante reliquit domum Pomponius. Lydus, qui et curiositate<sup>15</sup> et angore ductus dominum sollicitum subsequebatur, eum cum Pomponio in Vico Cyprio<sup>16</sup> e conspectu amisit.

— Pomponius, respondit libertus, amicus

<sup>1</sup> az északa négy 3—3 órás vigiliára volt osztva. Az első esti 6—9 óra között volt. <sup>2</sup> hajlik <sup>3</sup> éjjeli ór <sup>4</sup> «gyenge» <sup>5</sup> langyos <sup>6</sup> csikorgás <sup>7</sup> ajtósarok <sup>8</sup> kapus <sup>9</sup> gyertyatartó <sup>10</sup> a rabszolga helyettese <sup>11</sup> «ellen» <sup>12</sup> inas <sup>13</sup> rosszkedvű <sup>14</sup> elegáns, színes felsőruha <sup>15</sup> kíváncsiság <sup>16</sup> utca az amphitheatrum mellett



intimus Largi indignus mihi videtur, cui tam sincerus<sup>17</sup> vir in consuetudinem<sup>18</sup> sedet, praesertim in comissionibus,<sup>19</sup> ubi vino Setino facile solvuntur corda et lin-



guae; postridie plerumque valet proverbium: μισέω μνήμονα συμπότην (odi memorem<sup>20</sup> comptatorem).

Libertus fidelis in cogitatione paulisper defixus silebat, deinde sermonem perrexit<sup>21</sup>:

— Tristi praesensione angor. Timeo ne dii nobis irascantur. Insula<sup>22</sup> ad ripam Tiberis plus videtur habuisse pacis, quam haec domus.<sup>23</sup> Cum nos et aliquot alii totam constituebamus familiam, maior fuit familiaritas, quam nunc, ubi multi servi, auro empti dominoque paene ignoti, non tam usui quam splendori sunt. Sincerioris<sup>24</sup> animi erant, qui ad cenam simplicem vocati scalas<sup>25</sup> altas scandebant, quam qui quotidie vestibulum<sup>26</sup> atriumque sublime complent, ut dominum salvere iubeant.

— Recte dixisti, Chresime! Iamdudum suspectum<sup>27</sup> hunc locum habeo. Nam saepius a diis praemoniti sumus. Imago Isis in novo pavimento<sup>28</sup> musivo<sup>28</sup> nuper statuā Cornelii delapsā confracta est; fagus,<sup>29</sup> in qua nomen domini nostri ab amico Lucio incisus erat, vere non est renata; tacitis noctibus iam ululantem<sup>30</sup> noctuam<sup>31</sup> ter audivi...

Interea in atrium redeuntes non animadvertenterunt virum titubantibus<sup>32</sup> pedibus appropinquantem.

Vir more nobiliorum synthesi<sup>14</sup> purpurea vestitus erat, solearum<sup>33</sup> corrigiae<sup>34</sup> eodem colore fulgebant. Corona myrtea et rosacea ex capite dissoluta<sup>35</sup> pendebat comisque,

unguento<sup>36</sup> madidis lapsura erat — manifestum fuit virum e comissione venire.

Chresimus ubi eum vestibulum intrantem conspexit, laetus exclamavit: Salve domine! Angore commoti hic exspectamus. Insolitum<sup>37</sup> erat te tam multa nocte extra domum esse.

— Inter amicos fidissimos morabar, dixit dominus. Pocula et sermones celeriter fugant tempus; ceterum Pomponius me comitabatur.

Libertus his dictis iterum tristis factus tacite aperuit fores<sup>38</sup> dominumque intrantem una cum Leonida secutus est. Dum ostiarius<sup>8</sup> fores ocludit, Chresimus accenso cereo<sup>39</sup> ad cubiculum praecedebat, ubi cubicularius<sup>40</sup> stragula<sup>41</sup> purpurea<sup>41</sup> in lecto eburneo<sup>42</sup> disposuit neque prius abiit, quam dominus obdormisceret.

17 őszinte 18 érintkezés 19 poharzás 20 mert az ittas ember olyant is mond, amit józanul restel 21 folytat 22 bérház 23 «palota» 24 őszinte 25 lépcső 26 pitvar 27 kellemetlen 28 mozaik-padló 29 bükkfa 30 huhog 31 kuvik 32 ingadozó 33 cipőtalp 34 zsinór 35 rendetlen 36 kenőcs 37 szokatlan 38 ajtó 39 gyertya 40 komornyik 41 bíbortakaró 42 elefántesont.




Ostiae nuper res effodiebantur pretiosissimae. Ostia enim ab Anco Marcio, quarto rege Romanorum condita, portum habebat brevi tempore navibus frequentissimum; emporii<sup>1</sup> ruinae, ab Urbe duodetriginta chiliometra, etiam hodie exstant. Usque ad secundum post Christum natum saeculum erat urbs illa opibus florentissima. Augebant amplitudinem<sup>2</sup> eius etiam villae Romanorum plurimae, quae non solum lucem, sed etiam utilitatem ei attulerunt.

Propter incursiones barbarorum, imprimis vero Saracenorum Ostia florere desiit,<sup>3</sup>

1 kereskedelmi gőcpont 2 híresség 3 desino megszűnik



itaque moenia ab incolis paullatim relicta pulvere obruta sunt. Sed temporibus artium litterarumque renascentium familiae Romanorum ditissimae ex eo loco lapides aspor-



tari iusserunt idoneos ad villas aedificandas, quae postea Italorum linguā, Castelli Romani appellabantur.

Anno 1802. «Viā Sepulchrorum» detectā nihil amplius patefactum<sup>4</sup> est, sed opus effodiendi anno 1878. redintegratum etiam nunc fervet,<sup>5</sup> rebus in<sup>6</sup> dies<sup>6</sup> pretiosissimis erutis. Praeter thermas et templa detegebantur etiam statuae summa cum venustate<sup>7</sup> insculptae, nec non castra et aedificia ad usum collegii artificum destinata.

Paesti<sup>8</sup> cruta sunt altaria simul cum amphoris ex aere factis, cultellusque poparum hostias immolantium, aedes porro binae ex albo marmore aedificatae cum operibus musivis<sup>9</sup> et aquis<sup>10</sup> salientibus.<sup>10</sup> Omnium primum autem est memoranda statua Claudii imperatoris vestita, quae praebet speciem intuentibus admirabilem. *M. F.*

**Effront** Belga, chemicus arte carnem confecit, cuius compositionem, formam, saporem,<sup>11</sup> alendi<sup>12</sup> vim<sup>12</sup> eandem esse affirmat, quam carnis animalium. Humano generi beneficentissimus esset ille Belga, si caro eius vitio non careret. Vitium autem carnis est pretium grande. Ratio<sup>13</sup> enim conficiendi<sup>13</sup> chemica difficilis<sup>14</sup> et<sup>14</sup> contorta<sup>14</sup> est ita ut decagramma carnis Belgicae in pretio mille coronarum sit.

**Ante nonnullos dies** Novi<sup>15</sup> Eboraci<sup>15</sup> concentibus<sup>16</sup> edendis novus oecus<sup>17</sup> apertus est, qui et luxuria et sonos<sup>18</sup> bene repercutiendo<sup>18</sup> toto orbe terrarum optimus huius

generis oecus dici potest: mille quadringentos homines recipit; columnis sonus<sup>19</sup> manantes<sup>19</sup> non impediuntur, podium autem etiam maximum symphonicorum chorum capere potest.

*R. Kucsera.*

**Claudius Vaszary** cardinalis, princeps Hungariae sacerdos munere sancto se abdicavit, quia et protracta aetate et morbo ingravescente tantae molis<sup>20</sup> impar esse videbatur antistes<sup>21</sup> clarissimus. Successor ei datus est Ioannes Csernoch archiepiscopus Colocensis, cuius effigiem lectoribus ob oculos ponimus.



**Mogosest vicus**<sup>22</sup> Rumenus propter imbres continuos propria<sup>23</sup> verbi significatione<sup>23</sup> desedit.<sup>24</sup> Aquis ingentibus humus adeo permadescebat,<sup>25</sup> ut octoginta quinque domus cum quindecim hectaribus agrorum aliquot metra desederint. Perierintne homines, parum constat.

**Societas Speculatorum**<sup>26</sup> Naturae<sup>26</sup> Hungaricorum consessu<sup>27</sup> ultimo socium decies millesimum assumpsit. His temporibus turbidis, cum civitatibus antiquis praeter<sup>28</sup> opinionem<sup>28</sup> dilapsis novae oriuntur, illud momentum<sup>29</sup> negligitur fortasse, tamen sileri<sup>30</sup> non potest, quantopere studia Societatis ab eruditis Hungariae hominibus probentur.

**Franciscus Carolus** Hungariae rex idemque Austriae imperator futurus filiolo auctus est. Infanti nomen est Carolus Franciscus Iosephus Robertus Otho, praeter quae nomina et alia duodecim ei indita sunt.


**Ad principem consilii publici** Norvegiae rogatio<sup>31</sup> ferebatur, ut Roaldus Amundsen, qui polum meridianum repperit, in univer-

4 felfed 5 «bévvel foly» 6 napról-napra 7 báj  
8 Paestum, 93 kilométernyire Nápolytól, hires templomokkal 9 mozaik 10 szökőkút 11 fz 12 tápláló erő 13 előállítás módja 14 komplikált 15 New-York 16 hangverseny 17 terem 18 akusztika 19 hanghullám 20 nagy feladat 21 főpap 22 falu 23 szoros értelmében 24 elsüllyed 25 átázik 26 természettudományi 27 ülés 28 váratlanul 29 mozzanat 30 elhallgat 31 indítvány





sitate Christianensi magister nominaretur. Etiam senatus universitatis rogationem summis cum studiis comprobavit.<sup>32</sup>



**Iosephus Canalejas** rerum<sup>33</sup> publicarum<sup>33</sup> per Hispaniam summus<sup>33</sup> praefectus<sup>33</sup> annum agens quinquagesimum octavum a homine perditissimo necatus est. Sceleratus ille postea mortem vo-

luntariam<sup>34</sup> sibi conscivit.

<sup>32</sup> ajánl <sup>33</sup> miniszterelnök <sup>34</sup> öngyilkosság.



**Iudex.** Confitere,<sup>1</sup> anserem furatus es. Sub amiculo<sup>2</sup> tuo comprehensus est.

**Fur.** Non sum furatus, domine. Misellum enim animal in aquā alsit,<sup>3</sup> me miserebat eius, sustuli, ut calesceret.<sup>4</sup>

*St. Kolozár (Sopron).*

**Pater** Ovidii pati noluit, ut filius poeta fieret, itaque eum versus facere vetabat. Sed puer etiam invito patre carmina pangebatur, qua re ab irato patre vapulavit.<sup>5</sup>

Adulescentulus etiam inter verbera sine voluntate hexametrum fecit: *Parce pater virgis, nunquam tibi carmina dicam.*

*Em. Frank (Zenta).*

— **Gravedine**<sup>6</sup> laboro, medice; quid agam?

— **Sternuta!**<sup>7</sup> *St. Kolozár.*

**Filius** tuus, domine, fenestras meae quadraturam<sup>8</sup> confregit.

— Hoc nihil ad me.

— Male rem narraui, domine. Filius enim meus fenestram tuam confregit.

— Damnum mihi reparare debes. Solve.

— **Unde** venis? *Idem.*

— E venatione.

— Quid ibi fecisti? *A. Sziklai (Bp., III.).*

<sup>1</sup> megvall <sup>2</sup> kabát <sup>3</sup> fázik <sup>4</sup> melegszik <sup>5</sup> kikap  
<sup>6</sup> nátha <sup>7</sup> tüszzent <sup>8</sup> ablaküveg.


— **Quis** tibi hoc pensum confecit?

— Pater meus, magister.

— Totum pater tuus fecit?


— Ego quoque auxilio fui illi.

*F. M. . . nci.*



I.

Composuit *Guilelmus Lehmann* (Vratislaviensis).



**Litterae** a a b b e h

h i i i i m r r s s s s

s s t t t u

in hac figura ita ponendae sunt, ut crucis trabes<sup>1</sup> duo Italiae flumina, radii cruci superimpositi singula Britanniae et Hispaniae flumina significant.

II.

**Pars** sum dupla<sup>2</sup> tui; nec non sum grata supellex.

III.

**Parva** quidem res est simplexque, potens tamen ipsa:

Invisos homines tecta<sup>3</sup> subire<sup>3</sup> vetat.

Retro nunc lege: terribilis visu deus adstat:

Devastat terras caedit et ille viros.

IV.

**Sum** volucris, bene quam nosti varique coloris.

Litterulam muta: fulcio<sup>4</sup> tecta domus.

V.

*ci di dit dum e ni non oc om rum sol um*

Ex his syllabis quinque verba formentur, quae, si recte erunt disposita, proverbium exhibent, quod apud Livium reperitur.

VI.

**Quis** alitur eo, quod ex ore exit?

*A. Dévény.*

<sup>1</sup> gerenda, «kar» <sup>2</sup> kétszeresen meglevő <sup>3</sup> a házba lép <sup>4</sup> támaszt.




## VII.

Homo quidem dolia<sup>5</sup> viginti et unum filiis tribus hereditate reliquit. Septem erant plena vino, septem ex dimidia parte, septem autem vacua erant. Quo modo filii vinum aequabiliter dispertiebant? *St. Soltész* (Losonc).

## VIII.

Est volucris. Litterā praepositā tritici<sup>6</sup> grana continet. Quid est? *F. M...ci* (Bp.).

## IX.



<sup>5</sup> hordó <sup>6</sup> buza.

## Solutions aenigmatum numeri 4.

I. Taurus. — II. Nepos. — III. Pera, perna. — IV. 7 1 7 V. Metus, semen, furia, circ-  
1 1 cus = ut sementem feceris,  
7 1 7 ita metes. — VI. Ubi Deus est  
custos, et aranea est arx.

**Aenigmata recte dissolverunt:** *I. Bauer* (Keszthely), *E. Brenek* (Budapest), *F. Eile* (Leopolis), *T. Fehrentheil* (Gyergyószentmiklós), *L. Gadulski* (Leopolis), *I. Glück* (Leopolis), *P. Havet* (Parisii), *F. Jenner* (Berlinum), *L. Junker* (Praga), *St. Kenyeres* (Keszthely), *M. Korduk* (Leopolis), *I. Lee* (Londinium), *C. Lewicki* (Leopolis), *Aem. Lustig* (Keszthely), *A. Marszałkovicz* (Leopolis), *I. Mercier* (Andecavi, Gallia), *B. Nonni* (Roma), *P. C. Peltenburg* (Soeterwoude ad Lugd. Batav.), *Lad. Lud. Podobiňsky* (Neo Sandecia), *St. Pridun* (Stanislaopolis), *F. Prochnov* (Budapestinum), *Th. Prysslak* (Leopolis), *L. Richter* (Tyrnavia), *L. Rosner* (ibidem), *L. Stroia* (Cibinium), *N. Szarvas S. J.* (Aeniponte), *I. Szumowski* (Leopolis), *G. Tarczay* (Zagravia), *W. Tetatyňskyi* (Stanislaopolis), *P. Varga* (Budapestinum VII.), *A. Weisz* (Cibinium), *R. Whitehead* (Edinburgum). *P. Noponen* (Helsinki, Finnia), — *Praemium Theodosio Prysslak Leopolitano sorte obvenit.*



*L. Brust.* Aenigma optime commentus es, sed et delineare debuisti. — *Kemény.* Permultas descripsisti litteras in aenigmate. — *F. Kovács* (Marosvásárhely). Omnium nomina, etiam eorum, qui tantum partem aenigmatum dissolvunt, publicantur et omnes aequo iure sortitionis participes fiunt. — *Phaedrus.* Satis bene excogitasti aenigma, praeter quod litteram primam descripsisti. — *G. Tarczay.* Mitte, sodes, descriptionem domicilii tui. — *Ladislaus R.* (Tyrnavia). Tuum bonum, sed nimium facile est, alterum iam prodiit in Iuventute (Ann. II., numerus 3.). — *F. Kovács* (Marosvásárhely). Quod etiam tibi dixerim. — *Tiberius V.* «Nobilam sensum»; «in nobilo corde» perperam dictum, itaque etiam aenigma mendosum est. Ceterum non litteris, sed imaginibus fac exprimas, quae propositurus es. Gaudebo, si meliora miseris. — *Ioannes M.* (Bp. III.). Mi fili, cur mittis tu talia, quae ab iudicio intelligenti lectorum nostrorum prorsus abhorreere facile tibi persuadere possis? «De cingaro et S. Trinitate» similibusque melius erit tacere. — *Wilde.* Difficillimum nec nobis idoneum fore puto. — *Kolozsár.* Descriptio bellissima, sed haud quemquam inveniam, cui profutura sit. — *Stephanus Fehér.* Etiam si partem aenigmatum dissolvit, ad moderatorem eam mittere potes. Fac me certiore, mi fili, unde imaginem illam sumpseris. An ipse excogitasti? — *I. Mercier.* Tarde mihi chartula tua reddita est. Ad moderatorem (IX., *Üllői-út 71.*) scribe, sodes, ne ad administratorem. — *Carmen nocturnum.* Satis bene rem convertisti, sed verba — ut ita dicam — non satis numerose cadunt, quod quidem carminis prima est «virtus et venus». Pro aenigmate gratias. — *Cum lectore* quodam Germanico unus lectorum per epistolas colloqui velit. — *Nicolaus L. et Leopoldus B.* «Portunus» est vocabulum rarissimum, alterum facile dissolvitur. — *Alexander W.* (Nagyszeben). Alterum iam prodiit. Alterum (de furto) nolo publicare. Aliud mitte mi fili. — *Lucia St.* Quam classem frequentas, filia mea? Saluta meis verbis patrem tuum honoratissimum. — *Carolus* (Graetium). Gratias tibi nunc ago, mi fili, pro tua benignitate. Sed generis huiusce opusculis abundo, ita ut haud dicere queam, quando narrationem tuam publici iuris facturus sim. Si Lectoribus Minimis aliquid scripseris, grato animo accipiam. — De reliquis proxime.

Moderator ephemeridis **STEPHANUS SZÉKELY DR.** *Budapestini, Üllői-út 71.,* ad quem litterae quaecumque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.